

06

A

1019





N

M





DISSERTATIO  
*De*  
NOBILITATE,

*Von*  
Adel und Edelleuten.

*In Alma Saxonum Electorali ad Albim*

editâ

â

M. DANIELE OTTONE KEGE-

LIO, Quedlinb. Saxon.

Illustris QVEDLEI designato Con-Rectore

sub finem Discessus sui

qui erat XIII. Calend. Septembr. A. N. C.

M c I 5 I 5 c LXXIV.



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.



DISERTATIO  
NOBILITATE



06A 1049



ex  
da  
Pr  
au  
m  
fe  
nu  
lic  
di  
  
ap  
vi  
  
bi







DISSERTATIONIS  
De  
NOBILITATIS COMPROBATIONE  
Von des Adels Befräftigung.

CAP. I.  
De  
Nobilitatis Existentia.  
Ob ein Adel sey.

§. 1.



Propositio, inquit *Noldius Log. Recogn. part. II. c. 8. p. 135. f.* Confirmatio rei facultatem mentis & compositivam & divisivam rectè dirigit. Circa prius igitur hujus negotii, an sit nobilitas, & quid illa sit, dicendum, est. Jam de illo.

§. 2. An sit nobilitas huc usque ab exordio mundi experientia docuit, nec tamen defuerunt viles quidam ac ignobiles Sophistæ potius quam Philosophi, qui referente *Piccolomineo Philos. Mor. Grad. 8. cap. 14.* Stoicorum & Chrysippi autoritate fulti hanc dignitatem ramenta modo, rem fictam commentamq; præpotentum civium vocarunt. Verba, quæ citat, ita se habent: *Natura enim, inveniunt, æqua parens est omnibus, nulli est noverca, nemini viam ad virtutem claudit, omnes ad felicitatem gignit idoneos, non Scythia aliave ulla regio animum lædit, non genus unum altero antiquius censerit debet.*

§. 3. His annumerandus est *Thriverus* ille, qui, nescio quo apophthegmate nobiles *inanem obsoniorum fumum* dicere consuevit. Vid. *Lang. Polyanth. f. Florileg. M. tom. I. lib. 12. tit. Nobilis.*

§. 4. Mitiores videntur, qui si quam statuendam esse nobilitatem putant, eam solis sapientibus, adscribunt, uti id de iisdem

A

dem





dem Stoicis ex Platone refert *Poggius Florent. lib. de Nobil. ac speciatim de Seneca, Euripide ac Socrate, quos refutat Piccol. l. c. p. m. 623.*

§. 5. Ecquis enim universa rerum natura hanc esse nixam non videt, modo si inspexerit aut metallorum genera, diversosque plantarum furculos ponderaverit, videritque varias animantium greges, ubi semper unum altero dignius & indignius, majus aut minus atque præstantius censetur.

§. 6. Quid igitur censendum erit de homine *μικροδόσω* in hoc *μακροδόσω* uti ob internam rerum convenientiam *Aristoteli Auscult. Phys. & Jul. Solino in Polybist. vocatur? Conf. Cæl. Rhod. Lect. antiq. lib. XXIV. c. 3. Cic. de Univers. Annon & ille cæteris animantibus hoc passu similis est, alter altero generosior temperamento virtuteque ac vitio nobilior atque ignobilior?*

§. 7. Virtutes ergo ac vitia censore *Platina lib. de Vera nob.* faciunt, ut alter altero sit nobilior. *Quod si enim inquit Æneas Sylvius in Hist. Cancred. principia rerum contemplemur, certum sit nos omnes homines ab uno nomine originem sumsisse; Virtus tamen sola est, quæ æqualiter nos natos distinguit, opera extollit & claros efficit. Quare in nobilitatem, quæ hac destituitur merito ludit Charon de La Sageffe lib. I. c. 59. ex Oseæ illo c. IX. v. II. Gloria illorum omnis à partu & ab utero & conceptu.*

§. 8. Ratio autem nulla est, cur evertentes nobilitatem naturæ eam contrariari putent, siquidem necessaria, quæ communia fecit naturæ lex non tollit nobilitas, sed juxta tritum illud.

*Plerumque est legum servans natura suarum.*

At verò insinuat se per propria materiæque recipientis proxima principia, ex quibus variæ singulorum conditiones, diversaque hominum ingenia proficiscuntur. Hinc etiam nolunt autores originem ejus ex natura petere de quo porrò:

CAP. II.

De

*Nobilitatis origine.*

Von

*Des Adels Ursprung.*

§. II.



§. 1. Ab origine primum accersendam esse nobilitatem antequam vera ipsius definitio ponatur, svadet tum dignitas ejus, tum antiquitas, quæ quanti habeatur in hoc genere ipsa experientia docet ac Heraldicorum libri Germ. *StamHäuser und Wapen-Bücher.*

§. 2. Hic vero genuina nobilitatis primordia invenire arduum est adeo ut flagrantibus hac cupiditate homines delirare dicantur *Baronio* apud *Danbauerum* Hecdec. Hom 5. pag. 181. Imò æternum illud *Bataviæ* decus & ornamentum *Vossius* cum aliquando familiarem sibi genus suum ad centum usque annos referentem audiret, *Ego*, inquit, ad *Adamum usque* regrediar. Ac nescio ubi quondam verba hæc legerim: *Es könte manches Ingenium seine Zeit besser anwenden/ als auf den unsäglichen unfruchtbahren Fleiß der Geschlecht-Register / zumahl wenn man nur um blossen Ruhms Willen ein Geschlecht dem andern/ aus den fundament eines alten Geblüts ehrgeitziger Weise vorziehen will.*

§. 3. De abusu hæc dici quis non videt? Sanioribus ergo qui versaturi in hoc negotio non tam ad generis dignitatem, quam virtutis cuius hæc præmium dicitur respiciendum est.

§. 4. Ex quo apparet facile non petendam hic esse nobilitatis rationem ex naturali jure, sic enim pari sorte & gradu simili sine omni diversitate aut prærogativa nascimur secundum *πᾶσι θεοῦ δῶκεν* illud: *ut natura, sic naturalia apud omnes sunt eadem.* *Ex. l. de Interp. c. 1. Conf. Princip. Instit. de Libert. Isidor. Etymol. lib. 5. cap. 4. Arist. Eudem. lib. 4. c. 5.*

§. 5. Videtur hoc in statu *Reipublicæ democratico*, nam quia ibi pleraque juxta communem paritatem distribuuntur, invisum est hinc nobilitatis nomen, quod eminentiam semper ac prærogativam intendit. Testari de hoc potest *Helvetiorum* *Democratia* foedere quodam *Symmachico* firmata.

§. 6. Neque civili juri hic adscribenda est quædam Nobilitatis origo, quanquam enim id sentiant eruditissimi, *Prukmanus* in *Observ. c. 4. obs. 4. n. 12. Math. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. l. c. 7.* non spernendis tamen rationibus à *Limneo* refutantur *Jus publ. cap. I. n. 23.* Si autem quid hujus rei concedendum sit



juri civili, ex jure gentium id petiisse necessum est. Utor distinctione *juris naturæ & gentium* hoc usque receptâ, ne argutioribus genuinum hic dubium præripiam.

§. 7. Cui etiam vera Nobilitatis origo debetur, rectè enim *Bodinus* ait *lib. 3. de Republ. c. 8. n. 350. Nulla tam barbarâ gens reperta fuit, quæ non suos habuerit nobiles.* Cum enim crederet humanum genus, pagique cum urbibus multiplicarentur orta sunt dissidia, & hinc bellorum discrimina, in quæ invicem se transferentes homines alii nobiles se alii ignobiles faciebant necesse igitur erat ut aliquod virtutis præmium statueretur, quale quid non verè minus quam eleganter doctissimus probat *Barclajus* in *Euphorm.* Hoc, inquit, *priscis temporibus unicum remedium erat, emergendi è latebris vulgi, cum omnes initio pares natura jusset. Si quis ingenio & prudentia peccaverat incitata multitudinis violentiam, si quis exteris gentibus suavisset, aut societatem, si integra, aut servitutem, si non nihil attritis rebus affigebantur, illi statim merita nobilitatis insignia publici consensus deferebant. conf. Steph. l. c. Ludov. Maj. Turq. Monarch. Aristodemocrat. lib. 5. & c.*

§. 8. His ita solidè adstructis, remanet dubium, quod vulgus Germanorum inculcare solet: *Da Eva spann und Adam wann/ sag mir wo war der Edelmann.* Ita enim avidum originis id genus est ut si quando non certam ei causam des, facile in abnegationem ducatur. hoc non tolerabile est, illud difficile.

§. 9. Sunt enim qui Ebræis id adscribunt inque illis familiæ Tharæ, qui præter juniorem filium demortuum, cum Abrahamo, Lotho. atque adeo totâ familiâ emigrasse dicitur ex Ure Chaldaeorum, in terram alienam. *Gen. XI. XII.* Traditio est Orientalium Chorasānum eos devenisse, hinc si Abrahamus more hodierno ex familia nomen traxisset, vocatum iri putant *der Herr von Chorasān.*

§. 10. Myrmidones Thraciæ populi ad jovem usque deveniebant, qui, cum in formicam mutatus, suæ familiæ fundamentum posuisse dicebatur. Græci ex Cadmi dentibus Deucalionisque lapidibus suam derivabant nobilitatem.

§. 11. Alii hujus rei vestigia ab Ægyptis repetunt, A Canibus alii ac Trojanis; Alii aliter. Sed verò exquisitiore esse putat Poly-



Polyhistor noster *Exc. Dn. Schurzfleisch Disp. de Insignib. Nobil.*  
§. 2. qui Cyrum Persiæ Monarcham omnis & studii equestris &  
gentilis dignitatis autorem statuunt. Adducit etiam Xenophon-  
tis Testimonium ex. 1. *παρδ.*

§. 12. Nec inconcinne illud, alias enim hæc nobilitatis  
origo ad primum usque generis humani autorem posset referri,  
sicut existimarunt Ethnici antiquiores, quum à Deo ortum duxisse  
Heroas sive nobiles uno omnium ore senserunt, quod quomodo  
saniori sensu capiendum sit Vid. *Isendorn. Ethic. Peripathet. c. 9.*  
*qv. I. p. 377. Conf. Calep. Diction. fol. m. 670.* Hic enim Nobilitas  
sub forma nobili ac modo genuino parata intelligitur.

§. 13. Multum pro Germania facit Oratio *Francisci Ca-*  
*roli* Ducis Saxon. Angar. & Westphal. apud *Lansium*, sed verò  
hanc restituit nobis equestris ille ordinis amator Henricus co-  
gnomento *Auceps*. vid. *Horn. Orb. Polit. cap. I. p. m. 12. f.* & qui  
ejus præcipue res gestas ad annum usque 974. deduxit *Wittichin-*  
*us* Monachus Saxo.

§. 14. Pro hodiernâ nobilitate ipsa loquitur experientia,  
jam verò quid sit nobilitas qualis ac quotuplex dispiciendum est.

### CAP. III.

De

## Nobilitatis Definitione

### Von Beschreibung des Adels.

§. 1. Post delibatam originem variorum variam affere  
definitionem nunc opus est, quò deinde facilius fluat ipsa divisio.

§. 2. Est autem Definitio apud Logicos alia Nomina-  
lis, alia Realis, Illa circa nobilitatis modo nomen versatur; Hanc  
verò in *imperfectam* & *perfectam* vel *essentialiter* vel *causaliter* sic  
dictam dirimunt. h. l.

§. 3. Imperfectam esse omnem Nobilitatis Definitionem  
*Bodinus* autumat *lib. 3. de Republ. c. 8. n. 350. Nunquam potuit,*  
sunt verba ejus, *una popularis omnibus conveniens definitio No-*  
*bilitatis afferri.* Sed de universali convenientia magis, quam  
de essentialiter definitione id intelligi quis non videt?

A 3

§. 4.



§. 4. Vana igitur & plane imperfecta est Nobilitatis Definitio, quam vanitatum ipse Artifex *Henricus Cornelius Agrippa* ab *Nettesheim* lib. de vanit. omn. Scient. & art. p. 80. proponit, nempe *Nobilitatem nihil aliud esse, quam robustam improbitatem ac dignitatem nec nisi scelere quasitam benedictionem & hereditatem pessimorum filiorum.*

§. 5. Melior quidem est ea *Job. Ludov. Vivis* Introd. ad *Sap. cap. 3.* Jam nobilitas quid est aliud quam nascendi fors & opinio à populi justitia inducta; sed cum non omnem nobilitatis conditionem exhauriat, insufficientis est.

§. 6. Aristoteles in definienda Nobilitate plerumque ad virtutem generis solet respicere, ut videri potest *lib. 4. Polit. & lib. 3. c. 13. Boëthius. lib. 3. Prof. 6. de Consult. Philos. Nobilitas inquit est, quaedam laus veniens de meritis Parentum.* Conf. ex *Simonid. Epicharm, Euripid. atque Aristot. Piccol. l. c. cap. 14. p. m. 655. & ipse Aristotel. de Republ. c. 5. Rhet. lib. 2. cap. 5. Apophthegmata Sapientum, Socratis & Democriti apud Stobæum serm. 48; Diogenis, Bionis, serm. 84. Antisthenis Socratis & Diogenis apud Laert. lib. 6. & 7. cap. 5. Theopompi, Maxim. serm. 63. Lycurgi, Iphicratis, Ciceronis & Scipionis apud Plutarchum in Lacon. & Apophthegm. Senec. Ep. 44. ad Lucill. de Sil. Basso. M. Sen. Controv. lib. I. Contr. 6. de Alphons. Panorm. lib. 2. de reb. ejusd. Quæ conjunctim vid. apud *Langium Polyantb. f. Florileg. M. tom. I. lib. 12. fol. m. 2079. seq. Add. Tom. II. part. 2. lib. eod. fol. m. 190. seq.**

§. 7. *Meisneri* definitio *Dissert. de Sum. Bon. cap. 4. p. 350.* quæ nobilitatem dicit notare dignitatem in serie certarum familiarum ex virtutibus præsertim bellicis ortam essentialis est, non tamen perfecta adeò, quam illa *Andrea Tiragvell* de Nobilit. cap. VI. §. I. Nobilitas est qualitas illata per principatum tenentem, quæ quis ultra plebejos acceptus ostenditur. Quæ Definitio in Tractatu *Quodam Germanico sub. Tit. Der rechte Adel 1680.* edito ex. Agr. l. I. de Consul. ita effertur: *Der Adel ist eine Würde vermittelst welcher jemand wegen seiner Tugend und Verdienstes um das Regiment der Condition des Pöfels eximiret wird.* Add. *Stephan. Tract. de Nobil. cap. III. §. 3. p. 7. Job. Nold. de Stat. Nobil. cap. I. §. 70. Liebenthal Colleg. Polit. Exerc. X. §. 6. & c.*

§. 8. Causalem verò ac genuinam Nobilitatis Definitionem posuisse videtur *J. C. Tus Tubingesium* ipse Nobilissimus Dn.

Eri-



*Ericus Mauritius in Dissert. Jur. Publ. de Nobil. inpr. Ger. m. habita-*  
 *Ao. 1660. Quæ Thes. VII. p. 12. & 13. ITASONAT: Nobilitas est Digni-*  
*tatis in Republica gradus eminentior, quâ quis ab eo vel illis, qui*  
 *conferendi jus vel per se vel ex communicatione aliorum habent ple-*  
 *bejâ conditione legitime eximitur & præclaris privilegiis ornatur.*  
 *Conf. Instit. juris Publ. quæ Rhetio adscribuntur, lib. I. tit XIX.*  
 *p. 287. Quæ cum omnia ferè & constitutionis & ipsius Confir-*  
 *mationis requisita habeat, retineri potest & huc usque sufficere.*

CAP. IV.

De

*Nobilitatis Divisione*  
*Von des Adels Eintheilung.*

§. 1. Divisio Nobilitatis non una occurrit. Plato eam in qua-  
tuor divisit species, quarum prima est eorum qui claris, bonis  
justisque Majoribus nati, Deinde quorum Parentes fuerant nobi-  
les ac principes eosdem sic vocabat. Tertiò vocari nobiles volebat  
quorum majores famâ & opinione celebres fuerant, idque vel  
ex bellicis rebus clare gestis, vel ex certaminum coronis. Denique  
Nobilitatis genus præstantissimum æstimabat, quum quis per se  
animi magnitudine excelleret. *Conf. Plut. lib. 10. Contr. Nobil.*

§. 2. Inter *Gentis Nobilitatem ac Civitatis cum Privata*  
distingvit *Aristoteles lib. I. Rhet. ad Theodect. cap. 5.* adeo ut illius  
esse splendorem dicat Indigenas ac vetustissimos esse, & primos  
duces illustres; multos quoque ex ea gente in rebus, quæ expetun-  
tur, præclaros extitisse. *Privata* verò nobilitas aut à *viris* aut à  
*mulieribus* est legitimaque ab eis procreatio.

§. 3. *Gregorius Nazianzenus* triplex facit nobilitatis ge-  
nius, unum quod supernè originem traxit, ut sunt omnes qui ad  
imaginem Dei sunt creati, Alterum, quod à sanguine proficisci-  
tur; Tercium à virtute ac vitio agnoscitur. *Orat. 18. conf. orat. 28.*

§. 4. Sex posse Nobilitatis gradus statui *Piccolomineus* ait;  
*Primum divina* facit Nobilitatis. (2) *Metaphysicæ*. (3) *Inspectricis*.  
(4) *Civilis*. (5) *Physicæ*. (6) *Fortune*. Quostamen paulo post  
ad quatuor modo formas contrahit, nempe ad *Divinam*, *Mora-*  
*lem*, *naturæ* ac *fortunæ* nobilitatem. *Divina*, ut loquitur Deum  
proximè accedit; *Moralis* quam animi quoque nobilitatem nomi-  
nat in compositione morum ac virtutis habitu consistit. *Naturæ*  
autem



autem Nobilitas in continuâ serie plurium individuorum ponitur, estq; vel, *privata* sive uni familiæ cum altera comparata, vel *publica* regionum atqve urbium: *Fortuna* demum Nobilitas externa tantum & veræ Nobilitatis imago atqve umbra dicitur, quia in bonis tantum refulget, atqve oculos hominum vulgarium obumbrat & illudit. *Vid. l.c. Phil. Mor. Grad. VIII. cap. 15. p. 655. seqq.*

§. 5. Alii fermè eadem legent es vestigia nobilitatem dispescunt in *Naturalem Spiritualem & Civilem*; Alii Bartolum sequentes in *Supernaturalem, Naturalem & Civilem* dirimunt; Alii ex *Arist. 4. Polit. 4.* in eam dissecant, quæ *divitiis, sanguine virtute ac scientiâ* oritur. Vid. Ex *Charon. Gallo Scriptore Hist. Univers. cap. 105. p. 735. f. cit. Maurit. §. 7.*

§. 6. *Hildebrandus, Compend. Antiq. Rom. p. 39. in 4. gradus* distingvit, *Nobilis*, inquit, est alius à *crumena*, ut loquitur *Svidas*, aut qui superbus ambulat pecuniâ *Horat. Ep. Od. 4.* alius à *doctrina* alius à *splendore natalium*, quæ dicitur *εὐγένεια*, alius à *virtute* quæ vocatur *ἐξοχή*, & hic nobilitatis gradus est honestissimus si quis suâ non Majorum virtute nitatur, citat. *Juvenal. Satyr. 8. & Senec. Herc. fur. Act. 2. Sc. 3.*

§. 6. Addo adhuc unicam *Lansii* divisionem Orat. pro Ital. ex *G. Sciop. in Scal. Hypobol.* quâ dividit nobilitatem (1) in *Barbaricam*, quando homines non aliter quam equi & canes aliæque bestię ex Genere & sanguine æstimantur (2) *Philosophicam*, quando suâ quisque virtute spectatur, (3) *Mixtam* quando quis tam sanguine quam virtute censetur.

§. 8. Congruè autem videtur ad quatuor summa hæc capita referri posse Nobilitas, ut distingvatur illa generaliter (1) *Ratione fundamenti*, quonititur in *nobilitatem Generis* s. *Sanguinis Germ. Geblüts Adel* & in nobilitatem *Virtutis Tugend Adel.* (2) *Ratione Gentium* Germ. *Aller Bölcker Adel* in totuplicem, quotuplex ipsarum gentium potest institui Nobilitas, Hinc erit Nobilitas alia *Græca, Germanica Hispanica, Gallica, &c.* (3) *Ratione certarum Regionum*, quæ sub gente sunt, Germ. *Besonderer Landes Adel* / hinc est Nobilitas *Misnica, Thuringica, Marchica, &c.* (4) *Ratione Familiarum ac Specierum* Germ. *Stamm und Geschlechts Adel* cujus Nobilitatis tot sunt divisiones, quot dantur aliàs Familiæ. Quin illarum quoque in certas lineas deinde fit partitio. e. g. *Pelopida, Cecropida, Alemæones, Æacida* apud *Nazianzenum Orat. 20. in Fun. Basil. M.*





DISSERTATIONIS  
De  
NOBILITATIS DENOMINATIONE.  
Von der Adels Benennung.

CAPUT I.  
De  
Nobilitatis Etymologia,  
Von  
Stamm und Herkommen des Edlen oder Adeli-  
chen Namens.

§. 1.

**N**ominum considerationem esse rem  
pretio dignam & labore arguit tum divina com-  
pellatio, tum quoque institutio hominum Acade-  
mica, quæ, ne ferarum instar sine nomine erremus,  
certa nobis signa indidit, quibus discerni alter ab altero possit.  
*Oportet igitur prius signum æquari rei, cujus signum est, inquit J. C.  
Scaliger. c. 93. antequam ad rem ipsam descendamus, sic enim me-  
lius discutietur tractationis qualitas, quam verbum terminat juxta  
Boëthium. Interpr. ad Cat. Sylv.*

§. 2. Quod qui Nobilitatis nomine tentant, non possunt  
non Autorum trahi retrahique sententiis. Nam verbo ludunt,  
qui Nobilitatem, aut quod concretum ejus est, Nobilem dici existi-  
mant à non & bilis fortè ob mansuetudinis stimulum, quem *Nata-  
lus* ille *Comes* prædicat *Hist. lib. 3. Dionysius* lib. 59. *Nobiles*, inquit,  
*facilius tolerant libertatem hominum* adeò, ut secundum illud *Helio-  
dori* effatum lib. 1. *vel prædonum sibi ingenium subicere & vin-  
cere ferociores possint*, juxta tritum illud tum Latinorum: *Quo quis*  
A altior



*altior eò humanior*, tum Germanorum. Ein wohlgeschlachtet  
Pferd achtet nicht des besten eines kleinen und geringen Hundes.

§. 3. Contra hæc sunt Stoici & qui Nobilitati malè volunt  
ceu quibus *Nobilis* est perpetuus quasi *nobilis*, quia ut *Tbucydides*  
ait *lib. 1. Hist. in id nati sunt nobiles, ut neque ipsi quiescant, ne-*  
*que alios sinant.* Factis enim nobilibus nihil esse crudelius putat  
*Seneca* de Sent. or. respiciens tritum illud:

*Asperius nihilest humili cum surgit in altum.*

§. 4. Eminentiam nobilitatis evahunt qui vocem *nobilis*  
ut *non vilis* explicare solent ideò, quòd *Seneca* teste Ep. 37. *ne-*  
*minem tam excelsi ingenii virum humilia delectent.* Quare illos  
à vilibus sæpe ac plebejis distinxit *Eybenius* in *dissert. infr. citand.*  
Nec vere minus quam eleganter nobilis lyrà *Horatius*, *Me*, inquit,  
*doctarum hederæ & præmia frontium secernunt populo.* *Od. 1.*  
*lib. I.* Et Jcti nobiles ac viles sibi invicem opponunt, cumque vili-  
bus comparant ignobiles per *Novel. 90. c. 4.*

§. 5. Aliis alia placet derivatio, præstantior autem est, quæ  
ex Nobilium claritate sumitur, ut cum *Becanus* de Orig. LL. p.  
m. 541. *Nobilem à noscendo* quasi *noscibilem* facit, ipsaque *nobilitas*  
ei est veluti *noscibilitas* quædam, nominis quoque, quæ autore eodem  
p. 743. ex radice hoc oritur, unde eminenter tit. Germ. *Hochbe-*  
*nahmtes* est, atque ideo Nobilibus alta sit mente repositum *Virgilii*  
illud *Ecclog. 5. Hinc usque ad sidera notus.* Unde est, quod *Horatius*  
*lib. I. Sat. 6. Cic. in Parad. it. orat. pro L. Flacco &c. ignotum* quo-  
que *nobili* opponant sæpè aut pro *ignobili* venditent.

## CAPUT. II.

De

### *Nobilitatis Homonymia.*

### Von Bedeutung des Edlen oder Adelsichen Nahmens.

§. 1. Ambiguum est Nobilitatis nomen ac ferè *μέσση* aut,  
si verbo philosophico hic uti liceat, *complexum*, adeo, ut in  
utramque partem, bonam æque ac malam ab autoribus sumat-  
tur.

§. 2.



§. 2. Ignobilis erat illa *Heroftrati* nobilitas, quæ, ut tale sibi nomen acquireret, Ephesiorum illud ac totius mundi Miraculum destruxit. *Vid. Strabo lib. 14.* Quæ ratione *Antiochus* ille cognomento *nobilis* 1. Maccab. 1. 17. 18. non majorem Scripturæ nobilitatem præstat, quam Popæa illa *Taciti* mulier, quæ cum omnem decoxerat pudorem *nobile* ipsi *scortum* dicebatur. *Annal. lib. 13. Conf. Liv. lib. 39. Cic. off. n. & 4. in Verr. ubi nobile facinus & per conjugatū nobilitata* dicitur *Phalaris crudelitas*. *Plaut. Rudent. Scelere nobiles* Germ. *Veruff. Mahmen machen* quod *nobilitate* vocat *Cic. Thusc. Qu.* vid. *Fabr. Lex & Terent. Eunucho, nobilitate flagitiis*. *Liv. lib. 9. Inimicitia nobiles &c.* vid. amplum catalog. apud *Tiraq. de Nobil. 2. 28.*

§. 3. Verum enimverò si *Chrysofomus* in *Matth.* de hac nobilitate audiendus, plane contrarius est, nam ille, ait, *clarus est, ille integram nobilitatem suam putet, qui dedignatur servire hisce vitiis & eis non superari.* Quare ignobilis est nobilitas illa, nec appellanda quidem nomine tam eminenti.

§. 4. Nobilior autem est, quæ nobiliorem hic denominationem subiit, nempe quæ in bonam fumi partem dicebatur, quarumquam neque hæc omnibus sit eadem, sed alia brutorum animalium, alia rerum ac hominum est nobilitas.

§. 5. Animalium nobilitatem in valido constare corpore *Stobæus* statuit, & *Basilii* orat. 58. *Equi*, ait, *nobilitas est, ut ferox sit atque interritus; canis ut latrator acer; Corporis, ut formâ, robore, pulchritudine polleat.* *Nobiles tibi pisces Claudianus* apponit *Paneg. 3. ferasq; Apulejus lib. 10. nobilem civitatem, equum ac fluvium* describit *Curtius lib. III. c. 1. VII. c. 4. IV. c. 9.* Alii alia, vid. *Tiraq. l. c. cap. II. §. 1.*

§. 6. Sæpè etiam *Nobile* pro excellenti ac notitia digno supponi *Langius* refert *Polyanth. s. Florileg. Magn. Tom. I. lib. 12. fol. m. 2071. Calepin. Lex. 948. &c.* Sic Germani dicunt: *Es ist ein nobel / edel / ding pro herrlich.* Ex nobilioribus rerum physicarum huc spectant gemmæ, quæ nobili Germanorum verbo dicuntur: *Edelgesteine.* Quorsum *Franciscus Petrarca* *Dial. de Gemm. 37.* refert præcipuè *Opalum* Indiæ gemmam 20000. millibus æstimatum à *Nonnio* Romanorum Senatore, tum proximè huic *Margaritam* locat, sive *indicam*, sive *Arabicam* deinceps *Sapphirum* quoque, *Achatem & Sardonychem.*

A 2

§. 7.



§. 7. Metonymicè non rarò alia res, ut *pax*, quæ Latinis *Alma*, Germanis vocatur *nobilis* der *güldene* / *Edle* *Frieden*. Sed neque hæc, neque si alia daretur vocis significatio, tam propria est, quam quæ soli competit homini.

§. 8. Nec etiam illa est ambiguitatis expers, siquidem initio Reipublicæ Romanæ hoc nomen commune erat Patriciis & plebejis, postea verò propriè ita dicti sunt, quorum Pater & Majores Magistratum gesserant curulem. Bodin. lib. 3. de Republ. 8. n. 351. Hodie autem quot aderunt ipsius rei divisiones tot vocum mutationes instritui poterunt. Id modò observandum hic est, quod famosiore significatu Nobilitas hodie pro iis supponatur qui vel natalibus, vel speciali concessione hoc nomen nacti sunt; & inter hæc valet de illo magis, nam *Meo* *judicio*, inquit *Platina* de ver. Nob. eos nobiles appellandos censeo, quos & genus antiquum & divitiæ bene parte à majoribusque relicta commendant.

### CAP. III.

De

## Nobilitatis Synonymia.

### Von des Adels vielfältiger Benennung.

§. 1. Nomina omnibus sunt omnia, sed occasio non eadem quæ cum in Nobilitatis negotio non minus, quam ipsa nomina, sit respicienda, hic adjungitur.

§. 2. Judæis olim familiarum placuisse nomina Johannis docet *ὀνομαστικὰ* ubi hoc nomen ideo amici respuunt, quod nemo consanguineorum sic dicatur.

§. 3. Græci Magnorum renovabant nomina, Romani gentilitia plerumque servabant eò quod virtutis essent argumenta. Hinc præstantiores quique hodierni etiam in nomina agunt liberius: Alchymistæ suos habent Hermetes atque Orpheos, Theologi Hieronymos, Augustinos, & sic porro alios delectant alia, non sine ratione, quod vulgus facit, sed rerum causa perducti. Quemadmodum ex nobilium denominatione jam pate fiet.

§. 4. Cum verò in Romano & sermone & civitate versemur, utique mos illorum hic observandus erit, tum quod virtutis seu materiæ nobilitatis consentaneus sit, tum etiam quod non discrepet ab instituto hoc, quò cum nominis diversitate rei quoque ratio haberi debet.

§. 5. Ro-



§. 5. Romanos Græcorum secutos esse consuetudinem  
*Plutarchus* autor est, in *Vit. Coriol.* dum nomina ponere soliti  
(1) ἀπὸ πράξεώς τινος à factis rebusque gestis (2) ἀπὸ τύχης  
vel εὐτυχίας à fortuna ac felicitate (3) ἀπὸ ἰδέας τῆς σώματος  
ab idea corporis (4) ἀπὸ ἀρετῆς à virtute (5) ἀπὸ σημαμάτων ab  
opprobrio (6) ἀπὸ συντυχίας τῆς γενέσεως, à nascendi felicitate,  
(7) ἀπὸ σωματικῶν διαθέων à signis ac proportione corporis.

§. 6. Ut autem Synonymiæ satis fiat neglecto paulisper  
hoc ordine Lingvarum est observanda series. Quas inter cum  
*Pererio* teste lib. 10. in Gen. disp. 8. primum sibi locum vendicet  
*Hebraea*, hic tertia *Plutarchi* classis ἀπὸ ἰδέας τῆς σώματος, cum  
ultima ἀπὸ σωματικῶν διαθέων & præponenda & conjungen-  
da est, ideo, quod ambæ coincidere videantur.

§. 7. Quò pacto tum ab idea corporis apud Hebræos  
אָלבי f. *Albi* vocantur nobiles, Germ. *Weißfärbige* / non secus  
ac hodie per individuum quoddam Hypotheticum, ut loqui a-  
mant Logici, personam describere solent Germani e. g. *der*  
*Roßkopf* / & jocosè *du schwarzer Jude* & contra *du Weißköpfgem*  
sic illi die *Weissen* nominari possent, quia hic color nobilioris sem-  
per animi indicium est, juxta illud *Alciati* Emblema 117. — *Index*  
*Sinceri est animi & mentis stola candida pura.*

Conf. quæ de Coloribus quid habent *Ant. Thylesius*, *Aristot.* lib.  
de Color. & Problem. sect. 10. *Plutarch.* de placit. Philos. lib. 15.  
*Cæl. Rhod. Lect. Antiq.* lib. XVI. c. 10. XVII. 7. XXIII. 8. XXVI.  
16. *Alciat.* l. 1. & πολλύςωσ *Conrad. Schurzfleisch.* Disput. de In-  
sign. Nobil. §. 18.

§. 8. De ornatu Orientalium nobili hoc intelligunt ple-  
rique, siquidem ex *Reuchlini* mente à radice אָלבי Hyacinthi-  
num colorem, album, carbasinum ac aëreum significare *Bodinus*  
asserit de Republ. lib. 3. §. 8. *Buxtorf.* Lex. p. 263. Quocum præ-  
ter Romanam tunc antiquitatem Scriptura etiam consentit Gen.  
XLI. 42. *Esther.* VI. 8. & modus ille, quò, si vulgo credendum est,  
haud scio quas cretas aut minerale aliud comedere dicuntur fœ-  
minæ nobiles, modo ut pallorem, quem labore ac studiis mas-  
culi habent, suo etiã vultui concilient, infensi enim sunt aliis co-  
loribus rubro præprimis, de quo circumfertur Germanorū illud:  
*Hohe Farbe / Baur. Farbe / die Weisse ist eine Adliche Farbe.*

§. 9. De vocibus אָלבי / אָלבי / אָלבי atque aliis  
non spernendis Hebræorum denominationibus evolvi possunt



sunt *Santes Pagninus, Buxtorfius & Lexicographi plures*, quibus juxta alterum Plutarchi modum ἀπ' ἀρετῆς seu à virtute nobiles ἄριστοι liberales ac divites, ipsaque nobilitas ἄριστος seu Dignitas vocatur. Quò inclinare videntur, qui Germanicum Adel ab Hebræo אֶדֶל Magnus seu Deo proximus; vel à Græco ἔδελον, quæ vox bona, possessionem & divitias significat; vel ut plerique ab ἀέθλιος virtus & meritum, vel tandem à Germ. Adler derivant, Sicut enim hæc avis volatu, si virtute supra omnes se Nobiles elevanto. Conf. Nolden. de Stat. Nobil. cap. 1. Wendler. Phil. Pract. Disp. 27. Libenthal. Colleg. Polit. Disp. X. §. 4. Stephan. de Nobil. cap. 1 §. 10. Germ. Edel-Mann ex Adel & Mann quasi. Ein Edeler Mann/ qui virtutibus suam adeptus nobilitatem. Quomodo sic nobilia sibi nomina fecerunt olim Ptolomæi, Evergetæ, Philadelphi ac Romanorum Lentulæ, Pisones, Hortensii ac Scipio qui à fidelitatis Baculo sic dicitur Dn. M. Calvisio. Onomast. sub lit. S.

§. 10. Sed ad Græcam Synonymiam progrediendum, nunc est, ubi ἀπὸ τῆς τύχης seu εὐτυχίας Plutarchi denominari nobiles constat ex compositione vocabulorum εὐδουμία, εὐγνωμία ἐν-περι-αε ἐπι-Φανής quæ omnia nobilem designant. Affinis huic denominationi est illa hodiernorum Imperatorum, quæ ab Augusto semper Augusti vocantur. At verò ἀπὸ εὐτυχίας τῆς γενέσεως Plutarchicæ est Scaligeri illud ἐπισημοῦ, quò nobilitatem notat lib. 3. art. Poët. c. 110. Quæ ratione nobilitas juxta Job. Ludov. Vivis Introd. ad Sap. nihil aliud est, quam nascendi fors & felicitas, unde etiam εὐγένεια Græcis vocatur & ipse nobilis εὐγενής, εὐγένεος eò quod ex nativitate suam petat nobilitatem Vid. Perion. Comm. in Eth. ad Nicomach. Quò etiam respicit Aelius Donatus, quum Genus præcipuè ad nobilitatem ferri autumat vid. Becan. de Prop. Voc. Signif. it. de Orig. LL. p. 502. Hinc Generosi adhuc hodiè salutantur illi, qui nativitate tales sunt. Germ. Hoch-Wohl-Edel-Gebohrne. Sed verò qui meritis id consecuti sunt dicuntur nobilissimi simpliciter Germ. Hoch-Wohl-Edle.

§. 11. Qui titulus crescente nunc vana Titulomaniâ, si loqui sic liceat, ad inferiores etiam descendit per stylum, ut loquuntur, curie hodiernum. Vid. Anton. à Burgund. in Münd. Kap. Lyd. sive Vanit. per Verit. fals. accus. & Convict. it. J. Crus. D. Petr.



*D. Petr. Müller. in Spicileg. ad Galat. sive de Mor. Eleg. p. 138. n.*  
1. Priorem verò non immeritò sibi solis tenent, quibus obtigit  
sanguinis quædam nobilitas continua, de qua *Arist. lib. 1. Hist.*  
*Anim. c. 1. & Rhet. 2. Generosum esse*, ait, quod à sua natura non  
descivit, & hi nobiles Germ. dicuntur *Edeleute vom Geblütthe*.

§. 12. Restat denique modus, qui à πὸ τῆς πράξεως à fa-  
cto & officio *Plutarcho* dicebatur, ut *Equites Romanorum*. Quod  
nomen ex ea civitate sortiti sunt hodierni nobiles, qui antiquis  
temporibus *Celeres* quoque nominati sunt apud eosdem vel à mi-  
nisterii celeritate *Dionys. lib. 2.* vel à Græco κέλης Æolicè κέλης,  
quod Latinis æquum significat, hodie *Caballarius, Cavalier,*  
Gallicè aut *Chevalier*, quod in Gloss. Lat. Græc. vertitur κέλης  
ἵππεως ab eqvo publico, quo merebantur. *Sigon. lib. de Antiq.*  
*Jur. Civ. Rom. c. 3. Conf. Rupert. in comm. ad l. 2. §. 2. & 15. §.*  
*d. O. I. Plin. lib. 33. Fest. lib. 3. de verb. Signif.*

§. 13. *Milites* quoque fuisse dictos *Besoldus* ait, dissert. de  
jur. & Ord. Civ. cap. 9. n. 7. idè, quia proprium est nobilium  
pro patria pugnare, id autem more hodiernorum *Dragonorum*, ut  
vocat *Eyben. Tract. citand. infr. factū esse Dionysius* testatur lib. 2.

§. 14. Erat autem præcipuè officium id nobilium ut hasta-  
ti Regem stiparent, Græcis dicuntur *σωματοφύλακες*, Gallis, *Le*  
*corps de garde.* Germ. *Leibgarde*, & jussi ministeria expedirent,  
unde sequioribus Romanis *Ministeriales* vocati vid. *Bignon. not.*  
ad *Marculp. p. 627. Lehman. Chronic. Spirens. lib. 2. c. 19.* Tandem  
ad prætoriam dignitatem judiciumq; evehebantur unde hoc pro  
officio *Equitibus* competente habebatur Germ. *Eine Adeltiche*  
*Charge* Vid. *Dio Cocc: in Excerpt. Peiroso p. 666.* unde nati sunt  
nobilibus fidelitatis simul ac severitatis tituli apud Germ. *Beste/*  
*Bestrenge*,

§. 14. Ex quo patet cur in diplomatibus aleisque scriptis  
Germanorum sæpe salutentur, *Edelknechte* Seryi Principis  
*Knechte des Reichs Weppling* / antiquioribus *Adelschalck* / ho-  
die *Edeleute* / die *Edlen* / *Edle Herren* / *Ritter* / die von *Adel*  
oder *Ritterschafft* / oder *Ritterbürtige* sumtâ *Equitis* voce in  
generaliori significatu aliàs enim majus vel minus quid nobile  
est ipse *Eqves* vid. *Eyben. de ord. Eqv. Vet. Rom. fol. 17. & 10.*  
*Reinecc. Tract. Germ. von des Adels anfänglichen Herkommen.*  
*R. A. de Anno. 1555. Königl. Sazung zu Wormbs 1495. An vero*  
Ger-



Germanicum *Adel* ab *Ædilibus Romanorum Curulibus*, an' ab *Adelo Frisonis filio*, aut tandem, quod pluribus placet, quodque supra jam dictum est, ex Græca denominatione derivetur, perinde est. vid. *Besold. Thes. Pract. Lindenbrog. Gloss. b. l.*

§. 15. Eandem denominandi rationem meretur vocabulum *Schufft* / quâ inclementius sibi in nobiles dixisse vulgus videtur, cum tamen id ab origine Hebræo שופט modò *judices* notet, quales fuisse Romanorum *equites* h. l. §. 13. dicitur. à *Dn. Nolden. de Stat. Nob. c. 1. n. 2. & 5.* ubi aliarum linguarum plures denominationes ex *Prucmanno* petiit, Gallorum nempe, quâ *Gentils hommes*, ipsa nobilitas *Noblesse*, Hispanorum, quâ *Hydalgi*, aliàs *Noble ò notable*, Ægyptiorum quâ *Mammelucci*, Indorum quâ *Neuri* vocentur. De Italica Denominatione, Polonica, Belgica &c. conf. *Lexicograph. præcipue Calepin. h. l.*

§. 16. Quot enim linguæ tot talium, denominationum plura vocabula occurrunt, è quibus addenda jam nulla est præter unica hæc, quâ juvenes hodiernorum Nobilium *Zunclern* vocantur ceu *junge Herrn* & quasi in hac ætate sua robore pollentes Heroes *Steph. de Nobil. c. 1. Germ. Großmütige Helden* / quod nomen ex superiusdata Synonymia לורין fluxisse *Langius* putat *Polyanth. f. Flor. Magn. Tom. I. lib. 7. p. m. 1208. sub. tit. Generos.* Conf. *Voss. lib. II. de Orig. & Progress. lib. c. 62. August. de C. D. lib. 10. c. 12. Rudrauf. Instit. Moral. part. III. c. 13. Plato in Catyl. Keckerm. System. Ethic. disp. 3. part. 2. membr. 1. th. 1.*

§. 17. Ad Factorum classem Nobiles pertinent, qui rebus clarè gestis peculiare sibi cognomen adsciverunt, ut sunt qui nobiles *majorum gentium* dicuntur, quò Principes referuntur ac Imperatores *Alexander, Constantinus, Theodosius, Justinianus, Carolus & Otto*, qui cognomento *Magni* hinc inde salutati.

§. 18. De minoribus etiam nobilibus exempla prostant, in Polonia enim quoddam nobilium genus *Habedanc* id sibi nomen invenisse dicunt à Legato *Boleslai Schar* dicto aliàs, qui ostentanti pecuniam Cæsari anulum manu detractum adjiciens, *Aurum*, inquit *auro est super addendum*, Imperator verò haud pertæsus auri, *Habedanc* per jocum respondit, unde nomen id familiæ mansit.

§. 19. Plura hujus rei adduci possent tum testimonia, tum exempla nisi satis his omnibus faceret ipsa experientia. **Tantum de Nobilitatis Denominatione.**





DISSERTATIONIS

De

NOBILITATIS CONSTITUTIONE

Von Bestätigung des Adels

CAPUT I.

De

Nobilitate s. Autore Nobilitatis

Von

Dem Urheber des Adels oder wer denselben zu  
ertheilen und zu Adeln Macht hat.

§. 1.

**V**irtutis præmium Nobilitas est, quæ  
igitur sit vera constitutio ejus quisque Collator vi-  
dendum meritò est.

§. 2. Quod non à vili quolibet; sed ab eo  
tantùm, penes quem potestas summa est, conferri possit, Nobi-  
litas. inde patet, quia summæ quidam dignitatis gradus est, qui  
talem præsupponit.

§. 3. Ejusmodi sunt Principes summi, Imperatores,  
sive Reges, à quibus juxta *Plinium in Panegyri.* illustratur Nobi-  
litas, sive, ut *Publicistæ* loquuntur, quibus Regalia Majora &  
jura summi Imperii Germ. *Kaiserliche Hoheit und Reservaten*  
conveniunt.

§. 4. Imò non tantùm Nobilibus, verùm etiam Baroni-  
bus, Principibus, & quod multum est, Regibus quoque confere-  
di suam dignitatem jus habent: Ita enim *Jctus* quidam in  
*Tract. Germ. sub Tit. der rechte Adel Ao. 1680. edit.* inquit: Die-  
ser hohe Potentat hat das Recht die Gewalt und Macht / nicht  
allein Fürsten / Grafen / Freyheiten / und Edelleute / sondern auch  
die Königliche Würde zu conferiren.

A

§. 4.





§. 5. Valet hoc de omnibus ac eo præcipuè, qui intra imperium quoddam præter Deum ac enssem non agnoscunt superiore de cæteris vid *Job. Nolden. de Nobil. c. 2. §. 31. Stephan. c. 4. §. 4.*

§. 6. Fœminas quoque summæ dignitatis, si ad gubernacula imperii motæ fuerint, id jus habere, testatur documentum Filia Ludovici Regis in Hungaria & Polonia, quæ propterea in monetis suis atque à Subditis non *Regina*, sed *Rex* nominari malebat. *Bodin. de Republ. lib. V. c. 9. Nold. cap. 2.*

## CAP. II.

De

### *Nobilitatis Fundamento*

### Von des Adels Grund darauß er gebauet und ertheilet worden.

§. 1. Autorem Nobilitatis excipit nunc fundamentum cui ea innititur. Tale autem virtus est *parens Nobilitatis* ut *Piccolomineus* loquitur *Philos. Mor. Grad. IV. c. ult.* namque *in nulla aliare Nobilitas consistit quam in virtute* juxta *Dion. Halicarn. & juvenal. Satyr. 8. Buchnerus in Lexic. Fabr. lit. N. p. 39. O. πυδμο- Qgátes:*

Tugend vor allen Adel geht  
Adel mit Tugend ganz wohl besteht

Et paulo post:

From / weise / klug / und mild  
Gehört in des Adels-Schild.

§. 2. Quævis autem illa sit tradunt Autores tantum non unâ eademque mente ac sententiâ: Ex *Magnanimitate & Mansuetudine Natalis* ille *Comes hist. lib. 3.*, Ex *justitia Philo lib. de Nobil.* ex aliis alii teste *Sinabaldo, Unibald. Axiom. 19. 20. 21.* nobilitatem judicant; Complexum verò ceu omnium virtutum intellexisse *Platina* videtur de *Ver. Nob.* Quum, *Animi*, inquit, si *bonis artibus & disciplinis imbuti servare justitiam, pietatem, constantiam & prudentiam in rebus omnibus didicerint, quomodo fieri potest, ut is Nobilis censeatur, qui sine doctrina & eruditione in temperantiæ se, injustitiæ, impietati & nequitie addixerit.*

§. 3. Etsi autem enumeratæ omnes suo præcludi præmio non possunt; attamen si præcipua hic indaganda, talis sit neces-  
se



se est, quæ ad vitam civilem Remque publicam confert non minimum.

§. 4. Quâ ratione *Fortitudo* eminent *Togata* æque ac *Sagata*, & in ipsa Virtute Intellectuali Eruditio præprimis quæ ut disertè *Cassiodorus* loquitur lib. 9. Ep. 8. *facile exornat Principem, quia etiam ex obscuro nobilem facit.* Hinc quasi *filia scientiæ est Nobilitas* juxta *Lipsum Polit. II. 17. §. 18.*

§. 5. De *Fortitudine sagata*, Militari ac bellica dubium non est, quoniam, ut inter morales caput effert; sic maximè Nobilitatis nomen apud omnes ferè gentes meretur. De Turcis Vid. *Petr. Bellon. lib. 2. observ. c. 96. Schweiger in der Reiss. lib. 2. c. 48. Busbeq. Leg. Turc. Ep. 1. De Venetis, Boxborn. Instit. Polit. lib. 1. c. 8. de Gallis Gabr. Barth. Grammon. Hist. Gall. lib. 3. Lima. Not. Regn. Franc. lib. 4. c. 1. 4.*

§. 6. Quam verò nobilitatem sola Principis gratia fundavit, eam meritò illudit *Charon de la Sageffe* lib. I. c. 59. *c' est, ait, une Noblesse en Parchemin h. e. Membranacea est Nobilitas.* Habent quidem Principum placita legis vigorem, scilicet si non animi sui motum sequi, sed prudentum explorare consilia solent, aliàs verò nihil hujus. Hinc egregiè Maximilianus quondam obscuro diviti ac Nobilitatis cupido respondit. *Ditare quidem Te possum, at nobilitare non nisi te propria virtus potest*, namque *haud nascuntur magni Viri, sed virtute fiunt* addebat olim *Urbanus Pontifex Cranz. lib. 6. Metropol.*

§. 7. Nec Conjugio aut aliâ tandem quacunque re Nobilitas acquiritur. Vera autem ac præcipua est, quæ ex sola virtute oritur *Bret. de Maj. Reg. lib. 2. c. 7. p. 20.* Ex quo fundamento universus Nobilium ordo, Magnatum, Procerumque, Ducum ac Principum, Baronum, & si quæ alia est Nobilitas, pendet Vid. *D. Martin. lib. II. Pol. c. 24. Wendler. Philos. Pract. disp. XXVIII. §. 6.*

### CAP. III.

De

*Nobilitatis modo, ritu ac Ceremoniis*

*Vom Adel oder Ritterschlag.*

*Was die Art zu adeln sey und wie es dabey zugehe?*

§. 1. Fundamentum Nobilitatis ipse modus excipit, quò

A 2

in



in virtutis præmium quis certo solennitatis ritu per eum, qui n. bilitandi potestatem habet, veli plebis conditione eximitur.

§. 2. Ritus hujusmodi apud varios sunt varii, hodie autem in Germania nostra Rescripto ut plurimum aut Diplomate in absoluitur, cujus rei integra formula latino idiomate conscripta extet apud *Bertium lib. 3. Rer. Germ. c. 2.*

§. 3. Id quod priscis quoque temporibus usitatum fuisse *Mauritius docet Dissert. l. c. Conf. Symm. lib. 1. Ep. 18. apud Daniel. Otton. Dissert. Jurid. Polit. Imp. Rom. c. 2.* Ex quo melioris evidentiæ gratiâ refero huc Clausulam diplomatis Germanici quæ ita se habet: Und um solcher seiner Redligkeit / Adelichen guten Sitten / Tugend und andern zu einer Anreikung / nach gleichmäßigen Ehren / Tugenden / Adel und Redligkeit zu streben so haben wir mit guter Vorbetrachtung / wohlbedachten Muht guten zeitigen unser Edlen Rächte und lieben und getreuen Racht und recht-erwissen / aus Römischer / Rensserl. auch Hungarischer und Böhmischer Königlicher Macht und Volkommenheit / gedachten N. N. samt seinen Ehlichen Leibes. Erben Mann- und Frauens Personen zu ewigen Zeiten / in den Stand und Grad des Adels / unser und des Heiligen Römischen Reichs / auch unser Königliche n Fürstenthümen und Länden / recht und Edelgebohrnen / Wapen und Lehns. Turniersgenossen und Rittermäßige Leute erhebt / dazu gewürdiget / geschöpffte / geadelte / und sie der Schaar / Gesellschaft und Gemeinschafft des Adels zugefügt / zugestellt und vergleicht / allermassen und der Gestalt / als ob sie von ihren 4. Ahnen / Vater- und Mutter. Geschlechts beyderseits / recht edelgebohrne / Lehns / Turniers Genossen und Rittermäßige Leute geböhren weren.

§. 4. Hæc de Diplomate. Sed vero ad hunc nobilitandi modum ritus ipse pertinet, quem in Creatione Equitum hodiernâ sic descripsit Autor Tractatus supra nominati sub Tit. **Der rechte Adel** p. m. 15. Die dabey vorgehende Solennitäten sind diese: der Potentat / welcher einen zum Ritter creirt / hat ein bloßes Schwert in der Hand / schlägt denselben / welcher zukünftig ein Ritter seyn soll / mit solchen in etwas über die Schulter / giebt ihm darauff dieses Schwert nebst einen Gürtel / und ertheilet ihm das Ritterliche Kleinod oder Ordens-Zeichen.

§. 5.



§. 5. Hunc ritum nuper à Polonorum Rege observatum docent Relationes Berolinenses sub Nomine Lemberg von 29. Julii ubi Nuncius Papalis allatum literas, ut vocant, *credentiales*, eo demissus, finita ipsius oratione gratulatoriâ, quam *Jolkiero* (sic dicebatur urbs illa ubi festum S. Jacobi, cumque eo ipsum Regii Principis Onomasma celebratum fuerat) habuit, in virtutis præmium Eqves creatur ab ipso Rege, cujus hæ notatæ erant Ceremoniæ, per Clausulam, Darauff der König vor dem Altar das Votum gelesen / alda wurde ihm auch das Hütlein auf sein Haupt gesetzt / von schwarzen Samt und schönen Haarmelchen unterfuttet / und starck oben mit kostbahren Perlen besetzt. Das Schwert / so drey und eine halbe Ellen lang in einer mit Gold überzognen Scheide an die Seite gegürtet / und ihrer Maj. der Königin eine Rose von klaren Gold und Edelgestein besetzt / in valor auf anderthalbtausend Ducaten / überreicht / damit haben sich Ihr Königl. Maj. nieder gesetzt / und wurde ihnen ein bloß und blanckes Schwert dargereicht mit welcher er den vor ihn knienden Gesandten pousiret / sagend: Ego te constituo in Eqvitem militum pro fide gloria & Christi: Darauff begab sich der König aus der Kirche / alwo die Insignia, als vom Referendario die Rose / von Cron-Referendario das Hütlein / und vom Cron-Fähnrich das Schwert getragen.

§. 7. Ex quibus apparet certa quædam signa ac indicia in hoc nobilitandi ritu distribui, quæ apud varios etiam sunt variis. Quin imò *Nobilitas vera*, ut *Piccolomineus* ait *Phil. Mor. Grad. VIII. c. 18. p. m. 662. cum ex libertate oriatur, crescat & perficiatur, Privilegia quoque illis super addita sunt. De quibus alibi.*

§. 8. Hæc quidem omnia publico Majestatis actu eveniunt, sunt tamen quibus tacitè hæc ipsa se nobilitas insinuat, ut cum officiò quis nobilitatur aut Gradu Academico. Item cum Fœmina ignobilior viro nobiliori nubit, atque sic mariti corrumpat radiis per *Novell. 105. c. 2. Conf. Stryk. Dissert. Jur. de Vidua Nob. March. Ao. 1679. Francof. ad Viad. cap. 1. a. 20. usque 43. p. m. 12. 13. 14. Rhet. jus publ. lib. 1. Tit. XIX. §. 9. p. 285. de Feudorum Nobilitate vid. Petr. Frize de Nobil. Civ. Conclus. 6. Bodin. de Republ. lib. 3. c. 8. De liberorum successione in Nobilitatem Patrum Sinibald. Unibald. de Nobil. Axiom, 28 de Adoptione Jcti.*

A 3

CAP.

§. 5.





CAP. IV.

De

*Nobilitatis Subjecto.*

**Von des Adels Fähigkeit**

**Was zum Adel erfordert wird / oder wer zu denselben  
gelangen kan?**

§. 1. Dictum est, quod virtutis ergo Nobilitas conferatur, cum verò non omnes, præcipuè qui artium crassarum virtute sunt præditi eà videantur, dicendum porro est, quinam admittantur ad tale decus, quique sint Nobilitatis capaces, atque adeò tandem, quodnam genuinum sit Nobilitatis subjectum?

§. 2. Subjectum latius hic sumitur adeò ut Objectum quoque includat quo per Tractationem & exercitium h. l. probatur nobilis Subjecti conditio.

§. 3. Ante igitur, quam ad verum Nobilitatis Subjectum descendatur, monendum est, de illis, qui non aspirare ad hanc dignitatem possunt.

§. 4. Nempe honestas semper ab Autoribus prælata est Nobilitati, tum Sangvinis, tum virtutis & exercitii.

§. 5. Priori modo Spurii hoc præcluduntur aditu, Wel-  
sen inquit Autor Tractatus supra citati cap. 4. p. m. 13. bey solchen  
das essentielle requisitum ermangelt. Postremò absunt à Nobi-  
litate, qui arte viliori eam coinquinaturi *Tiraq. de Nob. c. 34.*  
*Nold. 17. Steph. c. 7. Simon, Simonius de ver. Nob. cap. ult.*

§. 6. Quales autem illi sint dictu difficile est *Bodino de*  
*Rep. lib. 3. c. 8. Mauritius l. c. ex jure Civili huc refert Pictores,*  
*Cogvos, Laniones, Fabros, Aurarios & Vitrearios, Tabernarios,*  
*Popinarios, Caupones, Nautas, Stabularios, Fullones, Sarcina-*  
*tores, Agitatores, Apothecarios, Argentarios, Monetarios, Are-*  
*narios, Histriones, Tibicines, Lyristas, Athletas, Pugiles, Balnea-*  
*tores, Tonsores & tandem Mercatores, in Tract. cit. Germ. Flei-*  
*scher / Schmiede / Köche / Tuchmacher / Schneider / Bader*  
*& not. 2. Es wird auch der Adel verlohren durch die Rauffman-*  
*schaft ipso juris fundamento quod ibi adducitur.*

§. 7.



§. 7. Verum enim verò non rectè minus quam verè Cornelius Nepos de Vit. Excell. Imp. p. m. 8. Non eadem, inquit, omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis iudicari. Quia ratione sic differunt tempora & Nationum mores legesque Gentium, ut, quod uni turpe est, alteri honestum maximè videatur.

§. 8. Quod scrutantes in Nobilitatis negotio docent Nobiles Coimandelenses Indicæ cujusdam Regionis Vid. Abr. Rogerus in der offnen Thür zum Heydenthum Part. I. c. 1. p. 9. Thospicienses Cæl. Rhod. Lect. Antiq. Thebani Arist. III. Polit. 5. lib. VII. c. 9. quibus omnibus invisum erat Mercaturæ negotium. At vero decorum hodie est Nobilibus Venetis, Genuensibus. Tiraq. l. c. 33. n. 21. Paruta de Perf. Vit. Polit. lib. 3. Vid. Autores in utramque partem pro Mercatura pugnantes, de Gallis Speciatim apud Mauritium d. l. Estienne Pasquier des recherches de la France lib. 2. c. 15. c. 105. p. 733. De Hispanis, Gvinensibus, Lusitanis, Livonis &c. Luc. Langermann de jur. in Cur. Merc. usit. Thes. 33. De Hollandis Grænerus ad lib. 3. C. de Comerc. De Germanis Cluver. Antiq. Germ. lib. 1. c. 18. Goldast Reichsstatzung p. 1. p. 5. Sinibald. Unibald. l. c. Forstner. in Not. ad XVII. lib. Annal. Tract. p. I. p. m. 491.

§. 9. Id cæterorum quoque iudicium est partim conveniens, partim discrepans tum ab opificio, tum ab ipsa etiam Nobilitate. De Turcis circa hæc omnia vid. Baudier in Hist. descript. Aul. Turc. lib. 1. c. 9. De Romanis Eyben. de Ordin. Equestr. Vet. Rom. & Reinec. von des Adels Anfängl. Herkommen.

§. 10. Cautela igitur in afferendis hisce adhibenda est, interdum enim artes, quæ sorditæ erant, honestioribus conciliantur per placita Prudentum. Hodie, inquit, jus publicum, quod Rhetio adscribitur, lib. 1. Tit. XIX. §. 22. p. m. 291. Sorditæ artes vocantur, quarum Operarii, vel qui iis dediti fuerunt in aliis collegia Opificum non possunt recipi. Sed amplius, pergit idiomate Germanico, Die Feinweber / Schäfer / Barbier / Müller / Böldner / Pfeiffer / Trommeter / Wader / pro sordidis non censentur, quoniam honoratorum Tribuum sunt capaces per Ordin. Pol. de Ao. 1577. Tit. 38. §. 1.

§. II.



§. 11. Præcipui ergò qui magno omnium consensu de-  
decoris arguuntur, quibus sic omnis nobilitatis honor denega-  
tur, sunt sequentes qui sæpe dicto Tract. Germ. cap. IX. p. m. 32.  
hac ferie hisque verbis censeatur: 1.) Ein Soldat / welcher  
ignominiose von der Armee verwiesen wird. 2.) Comödianten.  
3.) Leones die vor andere Leute unzüchtige Weiber unterhalten.  
4.) Dergleichen unzüchtige Weiber Meretrices. 5.) Welche  
in privat Missethaten nach der Kriegs Befestigung sich verglei-  
chen. 6.) Eine Witwe / welche in den Traurjahren mit einem  
andern sich verheyrathet und Hochzeit hält / welches propter tur-  
bationem sanguinis geschiehet. 7.) Ein Erbe / welcher aus der  
Erb-schafft von der Theilung etwas entwendet. 8.) Ein Wucher-  
er 9.) Ein Meinendiger 10.) Ein Richter / der ob judican-  
dum Geld nimt 11.) Welcher mit zweyen sich verlobt und Hoch-  
zeit hält. 12.) Welcher wegen eines offenbahren Lasters und  
Missethat verurtheilet wird.

§. 12. Hæc sunt impedimenta virtutis ac certissimæ No-  
bilitatis corruptelæ, quas fugito Nobilis, aut quicumque demum  
insignia ejus est ambiturus. Egregiè enim JO. Sarisberiens. lib.  
1. Polycrat. c. 3. *Omninò, inquit, iniquum est, nobiliora ingenia  
studiis dehonestari minoribus, & eos, quos ardua & graviora ma-  
nent officia voluptatis aut vanitatis occupationibus agitari.* Hinc  
qui nativitate tales ac sanguine sunt Nobiles, cum hisce ani-  
mum applicaverit, facilè hac sua dignitate privari queunt, de  
quo J. Cti.

§. 13. Sunt verò ac manent Nobilitatis Subjectum plane  
genuinum, qui neglectis hisce artibus sordidis virtutem ceu fir-  
missimum Nobilitatis fundamentum eligunt, atque hic juxta  
illud Basilii præceptum c. 58. *Corporis nobilitatem animo nobi-  
litant.*

§. 15. Quales apud Romanos erant *Patricii* præprimis  
*Reinet.* l. c. Hodie autem omnes sunt, quibus & pro generis sui  
honestate & pro sempiterno virtutis exercitio hoc  
veluti Symbolum est:

**ARTE ET MARTE!**



de-  
ga-  
. 32.  
her  
ten.  
ten.  
sche  
lei-  
nen  
tur-  
der  
che-  
an-  
och-  
und

No-  
um  
lib.  
enz  
ma-  
line  
ani-  
, de  
ane  
fir-  
ixta  
obi-  
imis  
sui

06 A 1019

ULB Halle 3  
003 787 168  



Worp











DISSERTATIO  
*De*  
**NOBILITATE,**

*Von*  
**Adel und Edelleuten.**

*In Alma Saxonum Electorali ad Albim*

*editâ*

*â*

**M. DANIELE OTTONE KEGE-**

**LIO, Quedlinb. Saxon.**

*Illustris QVEDLEI designato Con-Rectore*

*sub finem Discessus sui*

*qui erat XIII. Calend. Septembr. A. N. C.*

*M c l 3 l 3 c LXXIV.*



**WITTENBERGÆ,**

**Typis MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.**

